

Talis est ~~intervallum~~ seu regressio, de qua precepta Rhetorum consulenda. Amplius *Poëticae* illæ amoenitates, in versibus reciprocis, retrogradis ac recurrentibus conspicuæ, dicti rerum ambitus imaginem præbent, sive versus isti per literas singulas recurrent, uti hic :

*Roma tibi subito motibus ibit amor.*

Sive per voces integras, quemadmodum illud distichon :

*Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia  
rerum.*

*Scandere te fecit hoc decus eximum.*

Neque hic obliuisci possum illius in orbem redditus, quem in studio *Etymologico* non sine voluptate aliquoties observavi. Exemplum suppeditat Philologus eximus : Gaph Hebræi vocant summitatem quamcunque sive cacumen. Ab eo Græci, adjecto ad radicem  $\lambda$ , deduxerunt  $\kappa\epsilon\phi\alpha\lambda\eta$ , quæ vox caput designat. Germani ex eo  $\kappa\epsilon\phi\alpha\lambda\eta$  habent suum *Gipfel*, quod ad significationem primam, generalem illam, reddit cacumenque denotat. Sed à verbalibus illis disciplinis ad reales accedamus.

*Ethica* revolutio est, quod sicuti bonis actionibus acquiritur virtutis habitus : ita

Cc 2

hic